



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

quarto Hildesheimensium Episcopo; qui pri-
mas duas eius loci Abbatissas designasse & ve-
lasse dicitur,

CAPUT XXXVII.

HAMBVRGENSE ET BREMENSE
collegia in Germania.

SAnscharius primus Episcopus Bremensis
& Hamburgensis, præclarus omnium
Aquilonarium regionum Apostolus, sedit in
Episcopatu annis triginta quatuor; primùm
annis septem Hamburgi, post Hamburgi à
barbaris vastationem, annis nouem in Ram-
sola; reliquis verò annis Bremæ: vbi in ma-
trice Ecclesia S. Petri sepultus est, in quam S.
VVillehadum transtulerat. In primo adoles-
centiæ flore regulam S. Benedicti professus
est in Francia Corbeia. Inde cùm in nouam
Saxoniam Corbeiam commigrasset, Haraldus
Rex Danorum à Ludouico Augusto auxiliū
petijt. Quod ei Imperator promisit, si vellet
fidem profiteri Christianam; fidem igitur
Rex recepit, quem Imperator de Sacro fonte
ieuauit, & in filium adoptauit. Dum autem
vterque quæreret prædicatorem in Aquilo-
narem regionem mittendum, vltrò sese An-
scharius obtulit, nihil territus barbaricæ gentis
cruelitate. Hac occasione paulò post, cùm
Aquilonis regna Diuini verbi illustrasset præ-
dicatione,

CAPUT XXXVI.

FRAVVENMVNSTERIENSE COL-
legium Tigurinum Canonissarum, apud
Heluetios.

Dominarum Monasterium in sinistra Li-
 magi situm, vulgo *Fravvenmunster* zu
Zurch, Canonissarum, ex illustribus plerum-
 que Principum, Comitum, ac Baronum fa-
 milijs natarum amplissimum opulentissimū-
 que olim collegium, fundatur anno Domini
 833. in pago Tigurino, à Ludouico Germaniq
 Bauariæ, & Esterfrancorum Rege, Ludouici
 Pij filio, Imperatoris Caroli Magni nepote,
 Lotharij verò Imperatoris fratre. Is huic cœ-
 nobio ius & aduoçatiā Tigurini pagi, in Du-
 catu Sueviæ ac Turgouensi tractu siti, cū Vri
 Lepontiorum & Vrsellonorū pago possiden-
 dum dedit.

GANDERSHEYMIENSE COLLEGI-
um in Ducatu Brunsvicensi.

GAndersheymium magnificum & exi-
 miè opulentum virginum ex nobili
 Principum ac comitum stirpe natarum colle-
 gium verius quam cœnobium, in eiusdem no-
 minis Brunsvicensi oppido situm, exstrui
 & fundari cœptum est anno Domini 842. à
 Leodolpho vel Leutholpho magno Duce Saxonū;
 consecratum anno Domini octingentesimo
 quinquagesimo secundo à Sancto Alfrido
 quarto